



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati  
Caesarei, Pars Lyrica**

**Gibbes, James Alban**

**Romae, 1668**

Ivnonis Vaticinivm: De nuptijs Iacobi Sauorgnani Comitis, & Andrianæ  
Antelmæ, nobilium Venetorum. In gratiam Benedicti Syluatici, Profess.  
Patauini, & Eq: D. Marci, præceptoris sui. Ode XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13378**

Oppressus : exclamamus omnes ,  
     Afonium pupugisse ciuem .  
 Interquæ gentis regna tot Italæ ,  
     Vibesquæ regni, claudere iam licet  
         Tellure certâ , blandientes  
             Eloquio referente Senas .  
 Dicam & vetustam, si lubeat, domum ,  
     Stirpemque, sortemque . Agnitus, ô Bone ,  
         Frustrà verecundo resistis  
             More, superuacuoquæ iusti  
 Honore peccas . Nube modestiam  
     Educ opacâ, nec Iuuenilibus  
         Plus virgo Musis, obserato  
             Solus ama latitare Pindo .  
 Quorsum iuuentas, & decor, & placens  
     Guttur Camœnæ, si tamen horridis  
         Munitur vmbbris ? Diua certè  
             Fit mulier, volet ipsa cerni .  
 Iam Dædalæ nil opis indiga  
     Turresquæ, murosque, & populos super  
         Rumoris euasit curuli ,  
             Nomen agens metitasquæ laudes .

## IVNONIS VATICINIVM.

De nuptijs Iacobi Sauognani Comitis , & Andrianae  
     Antelme, nobilium Venetorum .

In gratiam Benedicti Syluatici , Profess. Patauini ,  
     & Eq: D. Marci, præceptoris sui .

## ODE XXV.

Op.  
 N Vptam superbus cùm nitidam Comes  
     Lectum ad iugalem duceret, agmine  
         Stipata Diuatum coruscas  
             Igne sacro, tonitruquæ sedes  
         Diuisit, ingens nota recluderet  
         Vt Iuno fatum . Pergite, pergit ,

Bene

80 IAC. ALB. GHIBBESI

Benè ominato sancta gressu

Fœdera concelebrate, Sponsi :

Solui morantem nexibus exue

IACOBE, zonam virginis, & locum

Non antè tacto cede claustro

Egregiâ tumuisse prole .

Certo fidelis tempore viuidum

Promitto natum : tunc ego partui

Adstabo Lucina, & laborem

Auxilijs minuam secundis .

Virtute magnum tam referet patrem ,

Decore matrem, iunctus ut audiat

Cupido Mauors, ac reuinctam

Ore trahet, galeaque turbam .

Hâc arte vîctor sub Venetam Leam

Vrbesque, genresque, ac tumidos duces

Submittet olim, te parentem

AEmulus assimilare factis .

Tu nata glauci nobilis Adriæ ,

Quâ belluosum Nerea deprimit

Iniecta moles, ANDRIANA ,

Plaude tibi, sociumque vitæ

Gratare dulcem . Scilicet alterâ

Dignus maritâ non erat, altero

Nec tu marito : fortis heros

Connubio Charitem iugavit .

Casto facesset rixa procûl thoro, &

Insanus ardor, virus amantium

Infame; quem propter Tonanti


Ipsa etiam furibunda pugno .

Adiecta verbis oscula mollibus

Vterque figet ; perpetuus iocus

Euoluet æuum, nec senectæ

Damna dari patietur annis .



IAC.